



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

X. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Nicolaus Tolentinus sabbathum rigido in pane & aqua jejuniō agebat, ad unum illud in templo auditum: *Nolite diligere mundum, DEI se obsequio totum dedit*, sex ante obitum mensibus nocte quavis concentum Angelorum audit; imminente mortē suavissimē ridens à JESU & MARIA ad cœlum se vocari asseruit. *Nad. ex vita.* Ubi animus, ibi sensus.

S. Nicolae, cujus valetudini curandæ remedia Dei Mater attulit, ora pro me, ut illa magē noxiis & fatalibus animæ meæ vulneribus clementer medeatur; impetra, ne nullus me ab ea separet, nemo de manu eripiat, sed bonā bonorum Mariæ filiorum morte moriar. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: 35. Ave Maria prioribus addenda.

Omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseretur affectu. S. Bern. ser. de verb. Apoc.

Quæstio: An astra in nativitatē B. V. habuerint aliquem influxum? v. Vega Theol. Mar.

n. 675.

M 2

XLSE